Nicolaus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Magistro Guidoni de Gonzaga Notario nostro Salutem et apostolicam benedictionem. Grata devotionis obsequia que nobis et apostolice sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis necnon vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat quod postquam olim auctoritate quarundam litterarum felicis recordationis Eugenii pape iiii predecessoris nostri in ecclesia Monasterii Sancti Benedicti de Padolirone ordinis eiusdem Sancti Mantuane diocesis ex certis rationabilibus causis tunc expressis quedam Prepositura secularis creata et erecta ac illa tibi per te tenenda regenda et gubernanda eadem auctoritate comendata extiterat tu diversas litteras apostolicas personam tuam et etiam ipsam Preposituram coniunctim seu divisim concernentes tam gratiam quam iustitiam continentes in quibus te dicte ecclesie Prepositum et non Comendatarium Prepositure huiusmodi fore expressum fuit et ad ipsarum aliquarum executionem nondum est processum impetrasti et obtinuisti. Nos ne propterea littere ipse de surreptione notentur tuque illarum frustreris effectu volentes te premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso necnon litterarum predictarum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus quod singule littere predicte et processus pro tempore habiti et habendi per easdem et quecunque inde secuta et secutura perinde ab eorum omnium data valeant et plenam roboris firmitatem obtineant in omnibus et per omnia ac si in ipsis litteris quod tu non Prepositus dicte ecclesie sed ipsius Prepositure Comendatarius fores plena et debita mentio facta extitisset. Non obstantibus premissis ac Constitutionibus apostolicis necnon omnibus illis que in singulis eisdem litteris non obstare concessum extitit ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli [illegible] eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice M[illegible]ringentesimoquinquagesimo Sexto Non. May Pontificatus nostri Anno Quarto.

Expedita Septimo Maij anno Quarto C. de Pigerus

X
X
X. de Venerys
A. de Nepe

May

1450 2 maggio Roma
2
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (2)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800882297-17/fragment/page=0002

2

1450 7 maggio
(Roma)

Nicolaus

Nicolaus eps servus servorum dei. Dilecto filio Magro Guidoni de
Gonzaga Notario nro Salt et aplicam ben. Grata devotionis obsequia que nobis et aplice sedi hactenus impendisti et adhuc soliatis stu
dys impendere non desistis necnon vite ac morum honestas aliaqz laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam etiam fidedignorum te
stimonijs iuvari percepimus nos inducunt ut te spetialibus favoribus et gratijs prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio conti
nebat qd postquam olim auctoritate quarundam litterarum felicis recordationis Eugenij pp. iiij predecessoris nri in ecclia Monasterij sancti Benedi
cti de Padolirone ordinis eiusdem sancti Mantuan dioc ex certis rationabilibus causis tunc expressis quedam Prepositura secularis creata et
erecta ac illa tibi per te tenenda regenda et gubernanda eadem auctoritate comendata extiterat tu diversas litteras aplicas personam tuam et etiam
ipam Preposituram coniunctim seu divisim concernentes tam gratiam quam iustitiam continentes in quibus te dicte ecclie Prepositum et non
Comendatarium Prepositure huiusmodi fore expressum fuit et ad ipam aliquarum executionem nondum est processum impetrasti et obtinuisti.
Nos ne propterea littere ipe de surreptione notentur ticqz illarum fructus effectu volentes te premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu
favore prosequi gratioso necnon litterarum predictarum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati
volumus et aplica tibi auctoritate concedimus qd singule littere predicte et processus protempore habiti et habendi per easdem et quecunqz inde
secuta et secutura perinde ab eorum omnium dat valeant et plenam roboris firmitatem obtineant in omnibus et per omnia ac si in ipis litteris qd
tu non Prepositus dicte ecclie sed ipius Prepositure Comendatarius fores plena et debita mentio facta extitisset. Non obstantibus premissis
ac Constitutionibus aplicis necnon omnibus illis que in singulis eisdem litteris non obstare concessum extitit ceterisqz contrarijs quibuscunqz.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc
attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli [...]eius se noverit incursurum.
Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice M[...]ingentesimoquinquagesimo Sexto Non May
Pontificatus nri Anno Quarto.

Expedita Septimo May
anno Quarto C. de Pigeris

May

X. de Veneriis
A. de Nepe

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (2)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800882297-17/fragment/page=0003